

A ingenij sæp numero inter mortales euenit, debere ecclesiam dei, vnum in locum congregatam, de rebus dubijs iudicare: ac secundum præcepta diuinæ legis & sanctorum patrum, quos iam, vt sacras literarum doctores, approbavit, communi omnium consensu sententiam ferre, & per hunc modum fidem Christianam augere, obuiam eundo hæresibus, procul ab ecclesia dei eas fugando. Vbiq; tamen asseuerant idem maiores nostri communiter hæc agi debere: & quæ cõmunia sunt, cõmuni consensu oportere terminari. Per hunc modum synodus prima generalis consubstantialitatem patris & filij p̄dicauit: Arrio de inæqualitate ipsorum (nescio quas) nugas & deliramenta proferete. Per hunc modum secunda ipsius diuinitatem confessã est. Macedonio illum creaturis annuerente. Per hunc modum subinde vnaquæq; synodus, quæ posita, in ancipiti fuerunt, pronuntiauit, instante dumtaxat necessitate. Neq; enĩ licere (inquit) pace ac tranquillitate fidei vigente, nouas mouere quæstiones: neq; ortis hæresibus aut tacere, aut solum vel cum paucis de his, q̄ credi cõmuniter ab omnibus debent, tractare, sed cõmuni quidẽ consensu hoc fieri oportere: fieri vero dumtaxat, necessitate vrgete. Et quemadmodum generali concilio cõgregato, opus esse aiunt, summo studio ac cogitatione omnia discutere: & quod ratio tandem obtinuerit, accipere omnes, atq; amplecti: ita, si ante cõmune iudicium de aliqua re quispiã dubitauerit, mota quæstione, & ab aliquibus determinata, iure id facere, meritoq; ab his diuidi, qui absq; cõmuni consensu ausi sunt de rebus cõmunitatis iudicium ferre: quando quidẽ ipse cõmunitatis rebus & cõmuniter traditis assentiat. Illi vero aliquid dicant, quod anteq̄ cõmuniter discutitur, non parum in se habeat dubitationis. Quas ob res nostrum pleriq; asserunt, haud sine iniuria a Latinorum consilio abhorreere: q̄ non sit ferendum, vni nos eis, anteq̄ iudicio vniuersalis ecclesiæ, quod recens per eos introductum fuit, subiiciatur: atq; his quidẽ duplici accusatione succensendum existimat. Primo, q̄ ignaris & nequaquam assentientibus nobis, quicquã in cõmunem ecclesiam introduxerint: tum q̄ pati nollent generale synodum & antiquis illis similem cõuocari. Hæc nos quoq; illis sæp numero coram obiectimus: palamq; in eos inuecti sumus. Quibus, quid illi responderint, quas excusationes in medium adduxerint, quibus rationibus obiecta purgauerint, latissime omnes intelleximus. Itaq; non est in p̄sentia repetendus locus: p̄sertim cum nostra omnis quæstio minime in hoc verletur, vt ut per se solam nobiscum vna particulam illam addiderint, & licuerit ne addere, nec ne: sed vtrum verum falsumve sit, quod additum est, hoc in primis considerandum a nobis eẽ vniversi iudicauimus. Verum demus in p̄sentia non recte illos excites: q̄ sine totius ecclesiæ congregatione de rebus grauib; ad fidem Christianam pertinentibus tractarint, quousq; quidem in hac sententia permansere, ne aliquod dogma in generali synodo propositum discuteretur, fortassis haud iniuria succensere illis videbamur, & nostræ aduersus illos accusationes iure optimo defendi poterant. Nunc autem cum huiusmodi culpa vacent, sponteq; in generale synodum cõuenerint: ac omnia se facturos affirmarint, quæ ratio persuaferit: & ipsi se omni accusatione profus immunes reddiderint: & nos oportet non mediocre studium cogitationemq; adhibere, vt quæ agenda a nobis sint, caute prudenterq; agamus: ne quod ante hunc diem obijcere Latinis consueuimus in nos recidat, deniq; ea accusatione iudicemur, cuius illos olim reos agebamus. Nam si (vt dice re ipsi cõsueuimus) nõdum aduocata synodo generali accusandi erant Latini, q̄ suo dumtaxat iudicio de re adeo graui credidissent, quid ni nos quoq; cum id, quod querebamus, factum sit, omnesq; in vnum conuenerimus, magnam ingredi certamen, ingensq; subire periculum necesse est, vt absq; culpa hinc abire possimus. Si quidẽ illi quoq; iam rationem reddiderunt eorum, quæ & dicunt, & sentiunt: passim etiam singulis quibusq; petentibus rationes de his, quæ ecclesia credit, asserre: & nos ad aliqua quidem ex his, quæ dixerunt, quoad fieri potuit, obuiam iuimus: ad plura vero, opportunioraq; & illorum opinio nem maxime confirmãtia, nihil omnino loquuti sumus: neq; fortassis dignum aliquod, quod loqui possimus, habemus. Hic igitur recto iudicio, & exactissima cogitatione opus est. Neq; enĩ satis erit dicere, nolle vnionem: neq; hunc generalis concilij finem eẽ existimandum est, sed diligenter considerandum, quæ dicta a Latinis sint, quæ nos proposuerimus, scrutandumq; quibus in rebus illi veritati consentanea dicat, quibus in rebus aberrerent, quid nobis dicendum sit, quid illis audiendum, postremo, quomodo vniri possimus fratribus: quoq; disunctio merito deploranda est, & illis & nobis, ne voluntatem absq;